



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiарvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De sententia iudicij. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

D I S T I N C T . X L V I I .

929

inseri.
a quidē
& misē
la opera
ui à mi-
um illa,
: ita di-
is mun-
o, quod
uit vte-
bi nulli
isferia, &
ergo ho-
nō celi,
ni regētē
islera, &
ur, felix
erga mi-
n tamer
isferi-
nsu vni-
& veri-
niuerſa
iibus ad
tur duo
multipli-
ndus, in
Vniuer-
ndimus;
isfericor-
mne bo-
s Cassiō.
udi, me-
hæcduo
non mo-
gni

nni opere Domini hæc duo cōcurrere, secundum effectum dico: nam secundum essentiam non dividitur misericordia à iustitia, sed unum est. Verum secundum effectum non in omni opere Domini dicunt esse misericordiam & iustitiam: sed in quibusdam fatentur tantum misericordiam in aliis iustitiam, atq; in aliis misericordiam & iustitiam. Fatentur tñ Dominum omnia quæ fecit misericorditer agere & iuste: referētes rationē dicti ad Dei voluntatē, quæ iustitia est, & misericordia: non ad effectus misericordiæ & iusticiæ, qui sunt in rebus. Aliis a. videtur, quod sicut dicitur Deus omnia opera sua iuste facere & misericorditer: ita concedendum sit, in omni opere Dei iustitiam esse & misericordiam, i. clementiam, secundum effectum vel signum: quia nullum opus Dei est, in quo non sit effectus vel signum æquitatis & clementiæ, siue occultæ, siue apertæ. Aliquando enim manifesta est clementia siue benignitas, & occultæ æquitas, aliquando è conuerso.

D E S E N T E N T I A I V D I C H .

D I S T I N C T . X L V I I .

Olet etiam quæri. Qualiter dabitur iudicij sententia? Sed non est perspicuum id explicare. Nō enim Scriptura aperte definit an voce illa profrantur. Venite benedicti, &c Ite maledicti: An virtute iudicis ita het, conscientiis singulorum attestantibus: vt modo dicitur futurum ut iudicis potentia effectus ipsius dictione significetur. Illa etiam, Esuriui & non dedistis mihi manducare, & huiusmodi magis conscientiis exprimendam plurimi putant, quam verbis: quia Apostolus in momento & in ictu oculi mysterium consummādū tradit. Sed illud ad resurrectionis statum tantum referunt, non ad iudicium: qui aliis iudicij sententiam, & malorum increpationes, & bonorum præmia verbis exprimenda afferunt.

Matth. 25. 4

Ibidem.

N n n 2

Quod